Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38126
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



26

uerat · Quod & de latronibus intellegi potest · cū
alius euangelista utrumq: blasphemasse · alius
narrat alterum · ee · confessum ; V

Extrema scedula continebat utrum post se
surrectionem quadraginta dies; cum discipulis
dns conuersatus sit · & numquā alibi fuerit · an
latenter ad caelum ascenderit atq: descenderit &
nihilominus apostolis presentatā nonnegarit ; Si dnm
di filium consideres de quo sermo · e · & illum esse
quiloquitur · Nonne caelum & terram ego impleo
dicit dns · Et de quo alius prophetatur ;
Caelum mihi thronus · e · terra autem scabellum pedū
meorum · Et rursum alibi · Qui tenet caelum
palmo & terram pugillo · De quo dauid canit ;
Quo ibo a spiritu tuo aut a facie tua quo fugiam · Si ascen
dero in caelum tu ibi es & si descendero ad infernum
& habitauero in postremis maris · Et enim ibi man
tua deducet me & tenebit me dextera tua · Profecto
non ambiges & iam ante resurrectionem sicindomi
nico corpore habitasse dm uerbum ut & in patre · ee ·
& caeli circulum cluderet · atq: omnib; infusus
· ee · & circumfusus id est ut cuncta penetraret inte
rior & contineret exterior · Stultum · e · illius
potentiam unus corpusculi paritate finire · quem
non capit caelum & tamen qui ubiq: erat & iam